



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1602**

12. De continentia & cælibatu Sacerdotum, & aliorum Ministrorum  
Ecclesiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14077**

*Addas in cap. super eo. num. 6. de regularib. absolutede & simpliciter videntur docere id posse Pontificem, immo, & Abbatem, siue torius Ordinis Prefectum. Id inde probant, quia Religiosus suam voluntatem in Romanum Pontificem, & Abbatem transstulit, ac proinde eorum voluntati resistere, & reluctari non potest. Deinde Romanus Pontifex, ut patet ex cap. 1. de Regularib. in sexto, vniuersim Monachibus praecepit ut clausuram seruarent, & tamen multæ eam professæ non fuerant. Ceterum alij probabilius videtur id non posse Pontificem, ac multo minus Abbatem, quando ita arctior regula daretur, ut prima, & antiqua in aliam transferret: posse tamen Romanum Pontificem præcipere, ut arctior regula seruaretur, quando prima, & antiqua renouaretur, & reduceretur ad pristinam formulam, eo quod esset paulatim laxata. Et hoc est, quod Innocentius, Hostiensis, & alij docere voluerunt. Quamuis reuera absolute & simpliciter dicant, posse iure Romanum Pontificem austriorem, & arctiore vitam Monachis indicere. At Ioannes Andreas in cap. Ioannes, de regularibus ait, id durum videri: quia Religiosus non pluraverit, quam primæ, & antiqua sua Religionis Regula prescribat. Deinde, Romanus Pontifex nequit eum, qui est unam Religionem professus compellere ad seruandum alterius Religionis arctius institutum: aliquo enim posset etiam præcipere, ut quis votum Religionis emittat, quo videatur aburdum.*

Ea verò, quæ sunt obiecta facile diluuntur. Nā  
quod primo loco dicebatur, Religiosum ratione  
voti, quod emisit, in Abbatem, & Romanum Pon-  
tificem suam voluntatem transferre; verum est;  
non tamen ita, vt bona vota sufficiere cogatur,  
vouere enim cuiq; est liberum, fed vt ratione vo-  
ti emissi possit sibi ab Abate, aut Pontifice im-  
perari, qui quid sibi, vel communis aliorum salu-  
cōdūct. De clausura verò Monialium indicata;  
dicimus eam Monialibus indicata, quia conduct  
plurimum ad tria solemnia vota Religionis ser-  
uanda; ne Moniales scilicet liberē vagentur, sibi-  
que, & alijs peccandi periculum creant, præser-  
tim cum etiam fœminæ, quæ tria vota Religionis  
simplicia, non tamen solemnia emiserint, clau-  
suram seruare minimè cogantur.

Vigesimaliter quæritur, An si Regula Religionis prohibeat, ne possessiones, aut redditus annuos Religionis possident, possit confuetudine induci, ut ea bona in commune habeant? Respondeo, cum S. Antonino 3 p. ii. 10. cap. i. f. 12. vbi citat, & sequitur Iohann. Andream, Lapum, & alios, nisi ea confuetudo Romani Pontificis auctoritate confirmetur, id fieri nequire. Ratio huius rei est, quia nonnulli eiusmodi confuetudo remittit votum paupertatis: et enim Religionis substantia annexa proprietatis abdicatio: ergo si proprietas in commune retinetur, paupertas ex parte minuitur, si Regula proprietatem, tum communiter, tum priuatim prohibeat.

Vigesimoprimò queritur, An ea consuetudo probanda sit, qua Religiosi habitant in Cellis, si bi à Superiori alesignatis; cum tamen Regula precipiat, ut omnibus sint Cellæ comunes: Respondeo, si renera euilnodi consuetudo proprietatem inducat, esse corruptelam, quoniam votum

paupertatis aliquatenus infringit, si vero minime, corruptela non est. Tunc autem inducit proprietatem, quando Religiosus habitat in Cella Superioris ntu minime reuocabili. Quando vero Religiosus Cellam vivit nru, & voluntate Superioris, tunc proprietatem, aut dominium Cellarum non habet. Idem iuris est de libris, & de ceteris quibuslibet rebus Religioso ad usum assignatis. Si enim illis sita utatur, vt ad nutum Superioris reuocari queant, proprietas penes illum non est; si autem non sint eiusmodi, vt potest, quia ipsi Superiori omnino celentur: tunc talis Religiosus sibi carum rerum proprietate vendicare coelestur.

## Caput XII.

*De continentia, & cælibatu Sacerdotum, & aliorum ministrorum Ecclesiæ.*

**P**RIMO quæritur, An Sacerdotum colibatus sit iuri Diuini, an Canonici? Duæ sunt Catholicorum de hac controversia sententiae; una affirmat iuri esse Diuini; & proinde à Romano Pontifice potestate Sacerdotibus fieri non posse, vt matrimonia contrahant. Ita Maior. in 4. dñs. 24. q. 2. & d. 37. q. 1. immo quidam aiunt. Parifis conuenisse Theologos ad hanc controversiam dirimendam, senfis, tam potestate dari Sacerdotibus non posse. Sic etiam Chilicottus lib. de continencia Sacerdoti. cap. 13. Torren. lib. 2. de dogmat. charr. & alij quidam magni viri, qui cōtra nostrī sc̄culi hæreticos decerterunt, idem ante hos omnes videtur senfis Waldensis tom. 2. de Sacrament. cap. 12. & 129. Eorum argumentum est, quod ab Apostolorum temporibus tam Græcorum, quam Latinariorum Ecclesia semper haec tenet seruat, ut Sacerdotes à nuptijs contra hendi penitus arcerentur, quamvis in Græcia, & reliquo toto Oriente viri coniugij vinculo astricti ad Sacerdotium diligantur. At iuri Diuini videtur esse, quod tam diu est in Ecclesia seruatum. Si enim iuri sunt Canonici esset, aliquando suissit Ecclesiæ auctoritate permisum, vt aliquis Sacerdos vxorem duceret, cum in tanta temporis diuturnitate versimile non sit, iustum aliquam causam minime accidisse eu[er] modi facultatis concedenda. Accedit quod longe altior sit, sublimior, & perfectior Sacerdotum status, & conditio, quam coniugium cum illi sint diversis ministerijs addicti, hi verei vxoriæ, & familiari tantum dedit, & definiti: at defensus è tam subtili vice statu ad inferiorem, videtur diuino iure prohibitus. Et ideo Luc. 9. dixit Christus: Nemo militans munus suum ad ararum, & reficiens retro, aptus est regno Dei: At sacerdos retro recipiens, qui vxorem ducit. Item, Non militans Deo implicat se negotiis secularibus, & quippe uxore est, cogitat, qua fini Dei. Accedit quod i. Reg. 21. dicitur, metas laicis suis, & ijs, qui non se à mulieribus continuerant, panes propositionis edere; ergo multo minus, & lestem diuinumque patrem licet edere Sacerdotibus instar laicorum a nupciis transeuntibus. **Quid quod** Leuiticus Sacerdotibus licitum non erat ministeriū sui tempore ad suas uxores accedere: at Euagelici Sacerdotes quotidie in altari ministrant, & sacris operantur: ergo perpetuò debent à nuptijs abstine-

Nec oblitus; si quis obijciat, ex sacris literis hoc ius diuinum colligi non posse: nam pleraque a lia iuris diuinii esse arbitramur, licet ea non euidenter inde colligantur: sufficit enim si traditio ne quasi per manus à Majoribus accepta, habeantur: cuius generis plurima paſſim occurunt, quæ ad Sacramentorum materias, formas, & ministros pertinent.

Altera opinio docet, Sacerdotum continentia iuris tantum esse Canonici: quæ sententia rece pta est, communis Theologorum, tum veterum, tum iuniorum, & iuris Cauonicis interpretu confusa, quam habet S.Tho.2.2.q.88.art.7. Caiet, ibid. Sot.4.d.38.q.1.art.1.Syluest. Matrimonium.8.qn.12. Michael Medin.lib.2.de continen facror hominum.cap.1. & sequentibus: & idem Sot.lib.7.de iust.q.6.art.2. in conclusio.2. Quorum illud unicum est argumentum: Coniugium cum Sacerdotio non pugnat, alioqui enim pugnaret cum matrimonio ante, vel post contracto; at tota Orientis Ecclesia ab antiquis temporibus viros matrimonio iunctos ad Sacerdotium assumit. Sotus, & quidam alij recentiores hoc argumento coniucti sentiunt primam illam quorundam Catholicorum sententiam vix sibi coherere. Cur, inquit, si vir coniugio alligatus, Sacerdos creetur, coniugiu iure subfici, & è contrario, si Sacerdos ducat vxorem, matrimonium est irritum ipso iure Diuino? Sed ego certe non possum non mirari Sotum, & alios, eo quod pri man sententiam non penitus sint assecuti. Non enim illius opinionis auctores contendunt Sacerdotium, ita cum Matrimonio iure diuino pugna re, vt nuptiae post Sacerdotium contractæ sunt irritæ, & inane, non solum iure Canonico, sed etiam diuino: Sed solum opinantur post Sacerdotium nuptias contrahere, esse peccatum; & id quidem iure diuino damnatum. Sicut (inquit Major) post simplex votū Castitatis emissum, matrimonium inire peccatum est: ratum tamen, & firmum est coniugium. Deinde, qui post fidem datam vni puellæ, altera duceret, peccaret ille quidè, quippe qui fidem violaret, ac frangeret, at coniugiu ipsum, vt firmum subfisteret. Sic etiam (ait Major) peccat Sacerdos, ac ius diuinum perfringit, si ma trimonium contrahat: nihilominus tamen coniugiu iure diuino constitut, ac valet; quamvis iure Canonico sit irritum. Non enim id est, praepare, ne aliquid fiat, quod, factū recindere. Multa enim fieri verantur, quæ tamen alioqui facta vim, & locū habent. Ac sicut is, qui Caſtimoniām vovit, si in matrimonio copuletur, delinquit, quoniam ius naturale, & Diuinū negligit; sic qui post Sacerdotiū nuptias contrahit, culpatur, quia ius diuinū peruerit. Atque ita concludit ille auctor: Sicut Romani Pontificis auctoritate dari facultas non potest, vt qui Deo Caſtitatem promiserit, in matrimonium fine iuſſa, & debita cauſa fœminam ducat, quia ius naturale Pontifex relaxare, remittere, aut aliquæ lege naturali foluere nequit: sic facultatem tribuere non potest Sacerdoti, vt matrimonium contrahat fine iuſſa, & legitima cauſa: & sicut iuris rigorem relaxare potest, vt Religiosus vxorem ducat ob maximā aliquam, & communem cauſam, sic etiam ob communem Reipublice falutem concedere potest, vt Sacerdos nuptias contrahat.

Quanquam autem Maioris, & aliorum opinio defendi probabiliter queat: verior tamen videtur esse altera sententia, & magis cum iure Canonicō consentiens. Nam in Tridentino Concilio Ses.24.can.9. dicitur, Clericos in sacris Ordinibus consti tuos matrimonium contrahere non posse, & legem appella Synodus Ecclesiastican, vel votum. Obijcies, Concilium ibi legem Ecclesiasticam appellans, quia dixerat non solum illis matrimonio esse interdictum; sed initum etiam matrimonium nullius esse momēti. Prima vero opinio facetur quidem iure tantum Canonico nullas esse nuptias post Sacerdotium contractas, sed iure diuino præcipi, ne illa contrahantur. Ceterum verba Concilij videntur ad vtrumque pretendi, & referri. Deinde, obijcies Concilium Tridentinum Sacerdotum cœlibatum, votum appellare, at quod ratione voti perfoluitur, rite naturali, & diuino debetur. Respondeo nunc non disputari à nobis utrum cœlibatus sit Sacerdotio annexus, votus, an lege Ecclesiastica, sed solum an iure diuino, an Ecclesiastico. Sacerdotes continentiam oporteat proficer. Nam fatemur quidem, Sacerdotes debere continentiam voto promissam servare: de qua re statim dicemus: & votum iure diuino, & naturali esse præstatandum: sed hoc vnum contendimus, continentia votum non esse cum Sacerdotio iure diuino, aut naturali coniunctum, sed Ecclesiam sua auctoritate constituisse, vt Sacerdotes continentiam voleant; ac proinde posse etiam statuere, ne tale votum deinceps Sacerdotes emitant.

Secundo queritur, An cœlibatus sit etiam alijs duobus sacris Ordinibus iure Ecclesiastico annexus? Quod est querere, an Diaconi quoque, & Subdiaconi Ecclesiastica lege cœlibes esse cogantur? Major alijq. concedit, eos quoque iure diuino continentiam seruare debere, hoc est, illis esse interdictum, post fulceptos Ordines nuptias contrahere: quamuis post nuptias possint ad sacros Ordines promoueri. At vero communis est omnium sententia lege tantum Ecclesiastica Diaconos, & Subdiaconos à nuptijs contrahendis arceri, & prohiberi.

Vnum posset obijci, quod est in Concilio An cyrano cap.10. & resertur cap. Diaconi, dicitur.28.vbi dicitur, Diaconi, quicunque cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protellati sunt dicentes velle se habere vxores, nec coninere se posse; hi postea si ad nuptias peruenient, manent in ministerio; propere quod hic Episcopus licentiam dederit. Quicunque Jane tacuerant, & si experienti manus impositionem prefisi continentiam, si postea ad nuptias venirent, & ministerio cessare debebunt. Hac ibi. Quia permoti auctoritate nonnulli fuserunt, non esse iure diuino Diaconis, & proinde Subdiaconis præceptum, ne post fulceptos sacros Ordines nuptias contrahant, siquidem permittit Synodus eos aliquando vxores ducere. Mihil tamen, vt statim ostendam, non videtur ex eo Concilio satis firmè concludi, cœlibatum Diaconorum, & Subdiaconorum esse tantum iuris Canonici, nec id assertere cogit nos predictum Concilij decretum, quoniam de more, & ritu Græcorū loquitur Concilium, videlicet de vxoribus ante Diaconatu dicitis: & idcirco ait, si cum ordinantur, dixerint velle se vxores habere, id est, velle se matrimonio ante con tracto

tracto vti. Et deinde cum dicitur: *Hi postea si ad nuptias venerint, vel se contulerint; hoc est, si ad vxores, quas in matrimonium ante duxerant, accesserint, atque eis commisceantur: Si ad nuptias videlicet ante contractas venerint: hoc est, si nuptias ante contractas vti voluerint: sic hunc canonem explicitat Maior loco citato: vel intelligitur, si ad nuptias venerint, hoc est, si nuptias contraxerint factio, non iure: ut expounit Archidiaco, Turrecremata, & Geminian. in eo capite: vel certe is canon abrogatus est per canonem 6. Concilij 6. generalis, ut ait Balfamon. Quare vera est communis Theologorum, & Canonicci iuris interpretum opinio, nulli post Diaconatum, aut Subdiaconatum licere matrimonium contrahere, id non quidem iure diuino, sed canonico prohibente.*

Tertiò queritur, An in utraque Ecclesia, Graecorum scilicet, & Latinorum semper fuerit more, & usu receptum, ut post sacros Ordines receptos Presbyteri à nuptiis contrahendis arceantur? *Caietanus in opusculis, tom. 2. trah. 27. Sot. 4. dist. 38. quest. 1. art. 1. & lib. 7. de inst. qu. 6. artic. 2. in concil. 2. & quidam alii sentent, id quidem in Latina Ecclesia semper esse seruatum, non tamen in Graeca. Et Erasmus scriptis hodiernis temporibus Sacerdotes, & Episcopos post suscepitos Ordines uxores ducere: quam sententiam cum temerariam esse dixisset Parisiensis Academia, respondit Erasmus, le, cum Venetiji commoraretur, id à Graecis accepisse, qui ibi degebant. Id colligunt illi ex cap. Alter, dist. 31. vbi dicitur: *Alter se Orientalium tradicio habet Ecclesiarum, alter huius sunt & Romane Ecclesie. Nam earum Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi matrimonio copulantur; isti uero Ecclesie, vel Occidentali, nullus Sacerdotum à Subdiacono usque ad Episcopum licentiam habet coniugium sortiendi. Hac ibi. At certe falluntur, ut recte Glossa annotauit. Nam in cap. Si quis eorum, d. 32. ex lecta Synodo Generali per priuilegium dicitur: *Si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, uerbi inspirati iure mulieri copulari, hoc aucte ordinacionem Subdiaconatum faciat. De Latina vero Ecclesia hoc certum est ex cap. Suni quidam. 27. quest. 1. vbi Innocentius Primus constituit: Præcipuum, vi. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, qui sacram transgredientes proposuimus, uxores sibi copulare presumferint, separantur. Eadem distinct. cap. Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, & Monachis, & Presbiteris concubinas habere, seu matrimonia contrahere, penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab hismodi personis distracti, & personas ad penitentiam redigi debere, iuxta sacrum Canonum definitionem indicamus. In cap. Decernimus, distinct. 28. ex Innocentio Secundo dicitur: Decernimus, ut i. qui in Ordine, & supra uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio Ecclesiastico careant. Item cap. Lectores, dist. 32. ex Concilio Carthaginensi 4. dicitur: Lectores, cum ad annos puberatis veniant, sogeniur, aut uxores ducere, aut coniugiam profici.***

Ad illud vero, quod obieciebatur ex cap. Alter, dist. 31. respondeo cum Glossa communis sententia recepta, illud matrimonio copulantur, idem esse, ac si diceretur, nuptias ante contractis vtuntur. Nec est, quod Caietanus hanc Glossam, ut ridiculam rejicit: us enim Canonicum non raro hoc, quod est matrimonio copulari, sumit pro eo, quod est coniugali copula vti: ea enim carnis commixtio, appellatur matrimonij coniunctio. Vnde in c.

*Quoniam, eadem distinctione, dicitur: Non suis copulenter vxoribus: nec absimili loquendi modo vitur in in cap. Noste in predicta distinct. & in cap. Agathosa, &c. Prinsquam. 27. q. 2.*

Quartò queritur, An etiam Diaconis, & Subdiaconis fuerit præceptum, ne post sacrum Ordinem suscepimus nuptias contrahant. *Quidam a. iunt, olim licuisse illis iure Canonico ad nuptias transire post Ordinem sacram suscepimus, eo argumento permori, quod in ca. Diaconi. 28. dist. ex Concilio Anzyrano, habetur: Diaconi, qui cum ordinantur, profeßati sunt, dicentes se velle habere uxores, nec posse se coniunire: si postea ad nuptias pervenerint, in suo ministerio manent. Sic opinantur Caieta. in opus. tom. 1. v. 2. 27. Sot. in 4. dist. 38. quest. 1. art. 1. Ceterum quidam alii opinantur, id nunquam illis licuisse facere. Et id quod citatur ex cap. Diaconi: sic intelligitur, ut supra iam dixi: si protestati fuerint se velle uxores habere, hoc est, velle se vti vxoribus ante Ordinem ductis. Id vero, si postea ad nuptias pervenerint, significat, si vtantur nuptias ante contractis, permaneant in ministerio.*

Alii, videlicet Archidiaco, Geminia, Turrecremata, cap. Diaconi, dist. 28. exponunt id, quod dicitur in eo capite, si postea ad nuptias venerint, hoc est, si postea matrimonium contraxerint factio ipso, non iure, runc separantur ab uxoribus, quas duxerunt factio, non iure, eo quod matrimonium non valeat, & separati ab uxoribus in ministerio permaneant, hoc est, non dejiciantur à Clero. Balfamon in Comment. super Concilium Anzyrano ait: *Hunc Concilij Canonem esse abrogatum in Concilio 6. Generali can. 6. Trullano, vbi definitur, Subdiaconi, & Diaconi nullo modo licere ad nuptias transire, quod si transierint, esse ab uxoribus separandos. Nunquam licuit Clericis post sacros Ordines nuptias contrahere.*

Quinto queritur, An apud Graecos coniugium contractum post receptionem aliquem Ordinem factum, videlicet post Sacerdotium, vel Diaconatum, vel Subdiaconatum sit irritum, & inane iure Ecclesiastico, sicut est apud Latinos. Respondeo cum Paludano 4. dist. 37. quest. 1. art. 1. concil. 4. Syli. Marrimonium. 8. quest. 12. verba. Sextum, esse irritum. Id probat Syluest. ex cap. Si quis eorum, dist. 32. cap. Nicena. dist. 31. cap. Cum in preterito. dist. 84. alii probant ex cap. 27. apostolorum. Sed certe hi Canones solium prohibet, ne Clerici post sacros Ordines nuptias contrahant; at expreſſe non statuunt matrimonium contractum à Clerico post sacrum Ordinem irritum esse, & inane: quidquid sit, prædictos Canones, vltius, & mos etiam apud Graecos seruit interpretatur. Sic, Clericos post sacros Ordines a contrahendis nuptijs prohiberi, quod si contraxerint, esse eos ab uxoribus, quas duxerint, penitus separandos; matrimonium igitur post sacros Ordines initum etiam apud Graecos non vallet, Ecclesiastica constitutione: ut ait Glossa, in c. Si se cuiquam, ad finem, dist. 28. & Rosell. verbo, impedimentum. 11. vbi citat Direct. & Glossa in cap. Diaconi. d. 28. & colligi videatur ex can. 6. Concil. 6. generali.

Sexto queritur, An qui sunt sacris Ordinibus initati, continentia seruare debeant ratione Veteri, an vero ratione Ecclesiasticae legis duntaxat? Quidam opinantur eos solùm esse legi Ecclesiasticae adstricatos, non voto. Id ex eo colligunt, quod si quis sacros Ordines fulciat, vel per vim,

vel per

vel per metum mortis adactus, vel per ignorantiam adductus, nullo voto continentia se abstringit; & tamen Ecclesia cogit eum, vel continentiam seruare, vel se ab altaris ministerio continere. Si quis rursus ab infantia sacris Ordinibus initiatus esset, quamvis id male fieret, Ordinis tamen charactere insignitus fuisset: sed nullo Voto vinculo teneretur, quamvis Ecclesia, vel eum perpetuo ab altaris ministerio arceret, vel Castritatem profiteri compelleret. Deinde, si continentia votum non est iure diuino sacris Ordinibus annexum; posset quidem Ecclesia legem statuere, ut Clerici post eos Ordines susceptos continentiam seruent, non tamen eos voti nexu, & vinculo alligare. Votum enim Deo sponte facimus, non legis necessitate coacti.

Mihī tamen magis placet eorum opinio, qui di stinguunt cum Glossa in cap. Cum olim. de Cleric. coniug. in sacrorum Ordinum susceptione aliquando fieri explicitē Votum, aliquando tacitē, aliquando vero nullum votum interuenire: profectō iura Canonica votum appellant in cap. De voto, & voti redempt. in 6. & in cap. Cum olim. de cleric. coniug. & cap. Quanquam. dist. 23. & alibi ius præcipit, ut qui ad sacros Ordines prouehantur, pollicentur se continentiam seruatores, cap. Nullum. dist. 23. ex Gregorio dicitur: Nullum facere Subdiaconom preuent Episcopi, nisi qui se castè vieturum promiserit. Et id circa in Concilio Tridentino sess. 24. can. 9. statuitur, vt Clerici, à susceptis Ordinibus Castritatem seruent, vel lege Ecclesiastica, vel voto. Vbi ponderanda est illa distinctio qua vla est Synodus. Nam qui scienter, & sponte sacros Ordines suscipiunt, votum Castritatis emittunt expressim vel tacitē: qui vero per vim, vel metum cadentem in virum constantem his Ordinibus consecrantur, nullo voti vinculo obstringuntur, sed Ecclesiastica lege, vel Castritē profiteri coguntur, vel perpetuo ab altaris ministerio prohibentur, ut inferius explicabo. Ad argumenta opposita inferius respondebo.

Ex his colligitur alterius solutio quæstionis, An qui scienter, & sponte est ad sacros Ordines electus, egerat Romani Pontificis auctoritate non solum ex iusta, & debita causa relaxante legem Ecclesiasticā, sed etiam remittente votum continentia, vt tuta conscientia nuptias contrahere queat. Nam aut Ordines sacros scienter, & sponte suscepit, & hic eger Pontificia voti relaxatione. Et quia nemo voto solutus, nisi grauiissimis de causis, hinc efficitur, vt relaxationem voti inire obtinere nequeat, nisi legitima ex causa. Qui vero per vim, vel metum mortis, qui dicitur cadere in constantem virum, ad sacros Ordines prouehitur, non eger Pontificia legis, aut voti relaxatione, ut postea dicam.

Solutur illa etiam quæstio, num is, qui sponte est in sacris Ordinibus constitutus, cum foemina omni vinculo soluta rem habens sacrilegi congressus crimen incurrat; an vero simplicis tantum luxuriaz, quæ fornicatio dicitur? Quidam iuris ciuilis interpres cœsent reum tantum esse simplicis fornicationis, non sacrilegi congressus: putat enim eum non esse violatorem voti, sed Ecclesiastica legis; & proinde aiunt, si statuto, vel lege pœnae sacrilegis irrogentur, eis non affici Pres-

byterum, cuī soluta foemina turpiter peccantem. Quid si is cum foemina coniugij vinculo astricta rem habuerit, tantum adulter est, non sacrilegus. Nam presbyter, inquit, cum foemina rem habens committere dicitur, aliquando adulterium cum nuptis, aliquando incestum cum affine, vel consanguineo: aliquando simplicem fornicationem, cum soluta, aliquando stuprum, cum virgine. Ceterū in communī est omnium sententia receptum, cuiusmodi Presbyterum sacrilegij celebre teneri: quoniam (ve diximus) in sacrorum Ordinum susceptione exprestē, vel tacitē continentia votum emititur, & qui votum perfringit, sacrilegij crimine sele commaculat. Nec obstat, quod sēpē Canones, & iura presbyterum cum soluta foemina peccantem, simplicis tantum fornicationis appellent reum: nam solum significare volunt eum adulterij, stupri, incestusū criminē non teneri. Non negant tamen reum esse sacrilegij. Hanc quæstionem tractauit Iulius Clarius lib. 5. receptor. sentent. 6. Fornicatio. num. 16. verific. Cum presbytero. Si QVAERAS, quis dicitur facere votum tacitē, & implicitē continentia, cum sacros Ordines suscipit. Respondeo ex communī omnium sententia in cap. 1. de voto, in 6. & in cap. Cum olim. de cleric. coniug. & cap. Quanquam. dist. 23. eum, qui in Latina Ecclesia sponte sacris Ordinibus iniciatur, etiam si nihil meminerit voti: sufficit, si sua sponte ad sacros Ordines promoueret: nam eo ipso, votum continentia facere censetur.

Septimus quæritur, An sic Diuini iuris, aut saltem Apostolici, ne ad sacros Ordines eligantur, nisi ij, qui nullo fuerint ante matrimonio copulati? Ratio dubitādi est ex verbis Clementis, quæ habentur in Epistol. 2. vbi dicitur ad Dominica misteria tales eligantur, qui ante Ordinationem suam, vxores non nouerint. Respondeo, nec id esse iuris Diuini, nec Apostolici. Paulus enim 1. ad Timotheum 3. & ad Titum 1. scribit, oportere Episcopum esse viuis uxoris virum; & idem de Diacono testatur: ergo secundum Apostolum fas est virum coniugem ad sacros Ordines promoueri. Hieronymus quoque epist. 50. ad fin. Apostoli, inquit, vel Virgines, vel post nuptias continentes fuerint Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Virgines eligantur, aut viuunt, aut certe post Sacerdotium in aeternum pudicit. Leo quoque Primus scribit epistol. 84. & epist. 87. Vbi promovendis aliqui, si habent uxores, sint tanquam non habentes: & si non habent, permaneant singulares. Epiphanius in compendio lib. 3. Coniuges, inquit, filios procreantes, De Ecclesia ad sacros Ordines non recipit, sed eum, qui se ab una coniunxit, aut in viduitate vixit. Beda in libr. 3. De Tabernaculo. Non pagnat esse Sacerdotem, & marium; sed pugnat inter quotidianos uxoris amplexus versari, & ecclesia mysteria tractare. Denique in Euangelio legimus, locrum Petri, ergo in Apostolum electus est Petrus coniugij nexu, & vinculo astrictus. Et Ecclesiastica historiæ tradiderunt Philippum, vel Apostolum, ut placet Euseb. lib. 3. hist. Ecclef. ca. 24. vel Diaconum potius, ut alii, filias habuisse, quas Lucas quatuor fuisse commemorat: & Gracorū Ecclesia à priscis temporibus morem obseruat, quo ad sacros Ordines coniuges viros admittit: nec id in Grecois Sacerdotibus, Latinorum Ecclesia dicitur, aut improbat: quamvis nullum ad sacros Ordines admittat, nisi continentiam voleat.

Illud

Illud igitur Clementis: *qui ante ordinationem suam vxores non nuerint, hanc habet sententiam: Qui suis vxoribus non committentur; non enim negat coniugium cum Sacerdotio consistere, sed ipsum coniugij.*

*Ostendit quæritur, An Paulus 1. ad Timotheum 3. cap. ad Titum 1. cum ait: Episcopū, & Diaconū oportere sive unius vxoris virum, filios habentem subditos cum omni castitate, præcipiat, ne ad sacros Ordines prothecantur, nisi iij, qui sunt coniugio alligati? Quidam dicere non dubitarunt, Græcos in eo errore versari, ut nullum ad sacros Ordines ascendere permittat, quin prius vxorem duxerit. Ita ut sit Græcorum error, oportere Clericos, ante quā ad sacros Ordines eligantur, vxores accipere, quia post sacros Ordines eis amplius non licet id facere, & magno periculo libidinis se exponat, qui sine vxore viuit; qui fuit Vigilantij hæretici error, de quo scripsit Hieronymus, lib. 1. ad uer. Iouin. & in epist. ad Riparium. Proh nefas, Episcopos sui sceleris dicitur habere consores, si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius vxores duxerint, nulli cælibi credentes predictum.*

Sed reuera falluntur. Nam in can. 6. Concilij Trullani, quod Græci sextam Synodus Generalem appellant, statuitur, ut si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, velint lege matrimonij mulieri coniungi, antequam Hypodiacoonus, vel Diaconus, vel Presbyter ordinetur, hoc faciat. Hoc autem illi Patres le constitutæ testantur, quoniam in Apostolorum Canonibus, ut dictum est, nimirum can. 27. statuitur sic: *In nuptiis, qui ad Clerum prædicti sunt, præcipimus, ut si voluerint vxores accipere, accipiant, sed Lectores, Cantoresque tantummodo. Sic ibi. Ergo Græci non cogunt aliquem ante Ordines sacros matrimonium contrahere; sed statuunt, ut qui in Clericum eligitur, si velit ad nuptias transire ante Ordines sacros acceptos, id faciat; si minus, nouerit sibi esse interdictum matrimonium contrahere post suscepitos: & qui renunt continentiam seruare, sinunt eos sibi ante sacros Ordines vxores adiungere: deinde vero ad sacros Ordines promouent. Qui vero sensus sit verborum Apostoli, quæ supra ex Epistolis ad Timotheum, & Titum protulimus, patet. Nam, ut Catholicæ omnes interpretes testantur, nequaquam præcipit, Paulus, ut si, qui in Episcopum, vel Diaconum eligitur, sit vir matrimonio astricatus, vel ut post ordinationem in re vxoria se exercet: verum, ut si coiuix vir ad sacros Ordines promouendus fuerit, ne dygamus, vel polygamus eligatur.*

*Sciendum est, prædicti loci: Oportet Episcopum vnius vxoris esse virum, quadruplicem sensum, iuxta Catholicorum interpretum veras, & ger manas expositiones, esse posse. Quidam enim sic interpretantur: *Vnius vxoris virum, id est, qui vel nullam nouerit, vel si nouit, viuens sit; vel, quod idem est, si vir solitus ab vxore non fuerit, eius vxor antea decesserit. Memini huius intelligentiæ B. Chrysostomus bomil. 10. in 1. Timot. 3. sed eam non probat. Alij vero sic exponunt: *Vnius vxoris virum, hempe; si coniux sit eligendus, etiam vxore viuente non sit dygamus: hoc est, qui nec simul, nec diuersis temporibus plures vxores habuerit. Apostolus enim eo loco id præcepit ratione habita veteris legis Leuit. 21. hæc autem in***

*suis Sacerdotibus, & Pontificibus requirebat, ne in matrimonium ducerent viduam, aut repudiatam, aut meretricem, sed virginem. Et hic fuit sensus Græcorum, & Latinorum interpretum, & Romanorum etiam Pontificum. Sic Ambrosius, vel quisque eorum Commentariorum in Paulum auctor fuit. Sic etiam ipse Ambrosius, cap. 82. & lib. officiorum, cap. 50. Basilius in Esaï, cap. 3. Augustinus de bono coniugali, cap. 18. de Ecclesiæ dogmate, cap. 72. Nissen. de virginitate, cap. vii. Epiphanius, heresi, 59. Siratius epist. 1. Innocentius 1. epist. 2. Leo 1. epist. 84. Primatius, Sedulus, Theophylactus, Oecumenius, Beda, Anselmus, Haymo, & S. Thom. Vnde nata est inter Augustinum, & Hieronymum controværia, contendente Hieronymo, ut pater ex cap. *Vnius vxoris*, distin. 26. & cap. *Oportet*, 28. quest. 3. postle ad sacros Ordines eligi eum, qui post Baptismum vnam tantum vxorem duxerit, quamvis ante Baptismum vnam aliam, vel plures habuerit: Quia sicut Baptismus omnem maculam abstergit, sic etiam expiat, & delet omnem peccatum. Contra vero S. Augustinum, ut referunt in cap. *Actus*, 28. quest. 3. aiebat: esse etiam dygamum, & à sacris Ordinibus prohibendum, qui vnam antè, & aliam post Baptismum habuerit. Nam Baptismus, inquit, peccata, & peccatas proprio peccato contractas eluit, ac collit, non autem in vniuersum impedimenta Ordinum suscipiendorum: quam sententiam secuti sunt Latinæ interpres, Theologi Scholastici in 4. distin. 27. ut haber Sotus in 4. distin. 27. q. 3. art. 2. sequuntur sunt Summi, & habet Sylvestri in verb. *Baptismus*.*

Porrò Chrysostomus, Theophylactus, Theodoreetus, & Oecumenius Paulum alter etiam explicant. Sit *vnius vxoris vir.* hoc est, si coniugio sit astricatus, ne plures simul habeat vxores: & hoc aiunt præcepisse Paulum contra eos, qui ex Iudeis, vel Gentilibus erant ad fidem Christi conueriti, & more Iudeorum, siue Gentilium plures vxores simul habebat: quem etiam sensum agnouit Hieronymus in explanatione eius loci Apostolici ad Titum. Sed eum tamen sensum, quidam improbant, quoniam Paulus de Christianis loquitur, quibus semper fuit omnino interdictum plures vxores habere. Ceterum is mihi sensus non videtur omnino improbadus. Fatorum quidem Christianis nunquam post Baptismum licuisse plures vxores ducere: Apostolorum tamen temporibus verisimile admodum fit, ex Iudeis, & Gentibus aliquos ad Christi fidem, & religionem venisse, qui sua gentis ritu, & more plures ante vxores duxerant; ut proinde vetererit Paulus, eorum quemquam in Episcopum, vel Diaconum elegi, sed qui vna tantum vxore contentus antea vixerat.

Postremo, alij interpretantur: *Sit vnius vxoris vir.* vulgo dicere, sit vna tantum vxore contentus, coniugalis castitatis amator, ab omni libidinis lasciæ, & damnata confortio abhorrens: Qui sensus quamvis quibusdam Catholicorum placeat; mihi tamen non valde probatur, siue his, siue alijs modis exponamus, planè constat Apostoli mens, & sententia. Vnde extat Canon Apostolorum 17. ordine: *Si quis post Baptisma secundis fuerit nuppijs copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non Presbyter, aut Diaconus, aut profissus ex numero eorum, qui ministerio sacro defernant.* Et canon 18. constitutus:

*Si quis*

*Si quis viduam, aut repudiatam acceperit, aut merecricem, aut ancillam, vel aliquam de his, que publicis spectaculis emancipaverit, nullo Ordine sacro initietur. Hæc Canon.*

## Caput XIII.

*Aliæ questio[n]es de eadem re di-  
lununtur.*

**P**rimò Quæritur, An cum Sacerdotio, & Diaconatu iure Diuino, an potius iure tantū Canonico pugnet vsus matrimonij eriam ante Ordinem sacrū contracti? Quidā existimant pugnare. Ad cuius rei maiorem intelligentiam notandum est, hoc vnum esse inter alia dissidium Græcorum, & Latinorum. Græci enim Sacerdotibus, & Diaconis coniugij ante Sacerdotiū initi, vsum quidem permittunt, non eo tempore, quo altaris ministerio deseruire, vel consuetudine, vel lege debent, sed alio tempore. Non enim quotidie singuli sacrificiis operantur, sed Dominicis duntaxat, & festis diebus quotidie verò extra quadrageneriū ieunij tempus vñū tūcum Missæ sacrificiū pro vniuerso populo faciunt, & offerunt, Latinorum verò Ecclesia semper morem retinuit, ut Sacerdotes, & Diaconi ab omni vslu coniugij eriā ante Ordines sacros contracti se perpetuō abstineat. Vnde distin. 31. c. 2. *Quoniam ex Canone 13. Sextæ Synodi Generali*, dicitur: *Quoniam in Romani Ordine Canonis relata cognovimus traditum, eos, qui ordinati sunt Diaconi, ut Presbyteri, conficerit, quod non suis iam copiæ tur vxoribus, antiquis sequentes Canonom Apostolice diligentie, & consitucioni, sacerorum virorū legales nupias amodo valere voluntus, nullo modo cum vxoribus suis eorum connubia dissoluentes, aut priuantes eos familiaritatem ad innicem in tempore opportuno. Quicunque ergo Subdiaconi, Diaconi, aut Sacerdos fuerit, nullo modo prohibeatur ad talem gradum ascendere ob cohabitationem cum sua vxore; nec etiam tempore sua Ordinationis proficeri Casitatem cogatur, nec abstinere debet a sua vxoris familiaritate. Oportet tamen eos, qui altari ministram, tempore oblationis, continentis esse in omnibus. Si quis igitur presumperit contra Apostolicos Canones, Presbyteros, vel Diaconos priuare contactu, & communione legalis vxoris sue, deponatur. Si militer Presbyter, aut Diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur. Si vero in hac permanescit, deponatur. Hæc ibi. Porro hunc Canonem Sotus in lib. 7. de inst. q. 6. artic. 2. & quidam alij tanquam à vero alienū improbant, & damnant, eo quod Patres illi referant suum Decretum ad Canonē sextum Apostolorum, qui sic habet: *Episcopus, aut Presbyter, vxorem propriam nequaquam sub obscenitate religionis abiciat: Si vero reiecerit, excommunicetur, & si perseveraverit, deiciatur: & ad Canonem tertium Concilij V. Carthaginensis, in quo statuitur, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi se contineant ab vxoribus in proprijs terminis, hoc est, viciis suis tempore. Verum Canon Apostolorū clarè non constituit, quod ipsi voluerunt, puniendum eum, qui causa religionis vxorem suam ab ysu matrimonij remouerit: bene tamē eum, qui cam tanquam omnino alienā abiecerit, ita ut omnem eius alēda curam quasi nexus, & vinculo coniugij soluto, deposuerit. Ita respondet Hubertus Cardinalis in libro contra Nicetam Pectoratum abbatem Constantiopolitanum: & habetur hæc Huberti responso no-**

mine Leonis IX. cap. Omnino, dist. 31. vbi dicitur Apostolos constituisse, ne Clerici abijcant vxores à cura sua, etiam si se ab earū thoro superauerint. Debet enim adhuc eas alere, & eis in omnibus prouidere. Hæc ibi. Sicut etiam eadem sexta Synodus Trullana can. 48. decernit, *Episcopi vxor, in Monasterio aliquo degat, & prouidentia ipsius Episcopi, vires sui, sustentetur. Sic etiam Synodus Turonensis 2. cap. 8. definit, ut Episcopus coniugio alligatus habeat vxorem; ut sororem, & eius curam gerat, absque tamen vlla suspicione coningalis commercij. Eadem ratione intelligitur Canon quartus Concilij Gangrenensis, vbi habetur: *Qui cuncte discunt à Presbytero, qui vxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante, ob oblatione percipere anathema sit. Quod decretum facit contra eos, qui putabant coniugium esse interdictum: & propterea arbitrabantur non licere ei, qui vxorem habet, sacris operari. Tunc autem Presbyteri vxores habebant, non quibus commiserentur, sed quas ut sorores alerent, & sustentarent.**

Canon autem 3. Concilij 5. Carthaginensis in hunc modum habet: *Episcopi, Presbyteri, & Diaconi se abstineant ab vxoribus secundum priora, vel secundum propria statuta: quæ verba, illi Patres Græci interpretati reddiderunt sic: in proprijs terminis, & intellexerunt vicos sua tempore: cum tamen Carthaginenses Patres dicere voluerint, secundum proprias definitiones, hoc est, secundum ea decreta, quæ in Concilio 2. Carthaginensi edita sunt. Cuius Canō 2. sic habet: *Placer Episcopos, Sacerdotes, & Leuitas se continere in omnibus, quo possint simpliciter, quod à Deo postulant, impetrare, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruit antiquitas, omnes custodiamus.**

Sentunt itaque quidā, Græcos post suscepitos Ordines sacros, coniugio vtentes ante contratio, delinqueret, & eum vslu Ecclesiam permittere nō qui dem, ut bonum, sed ut minus malum. Quod probant auctoritate Nicolai Primi, qui, ut habetur distin. 25. *Conculendum, respondens ad quaestiones Bulgarorum*, ait: *Conculendum, decernit, virum Presbyterum habentem vxorem beatissimum sustentare, & honore, an à vobis projicere. In quo respondemus, quoniam licet ipsi valde sint reprehensibiles, vos tamen Deū conuenit imitari, quā Solem suam oriri facit super bonos, & malos. Ejusdem enim à vobis non debetis siquidem, & Iudea Dominus, cū esset falso discipulus, à numero sutorum non electus. Hæc Pontifex, qui tamen scribebat ad Bulgaros, qui semper Græcorum mores, & ritus retinuerunt, ac etiam nunc retinent.*

Sed horum scilicet, ego sententiam nō approbo: nunquam enim Ecclesia Latina Græcos tanti criminis accusauit: nec filios Presbyterorū Græcorum tanquam contra ius diuinum progenitos damnauit. Et in cap. Alter, distin. 31. Stephanus Romanus Pontifex ait, in Orientali Ecclesia Presbyteros matrimonio vti, nec tamen eum mōrem, & vslu reprehendit. Item Innocentius Secundus in cap. Cum olim. De Cleric. coniug. definit filium Presbyteri Græci ex vxore genitū, iure inter Latinos promoueri, si nullum aliud Canonicum impedimentum obstarat. Eius sunt hæc verba: *Nos attendentes, quod Orientalis Ecclesia yolum continet, non admisi, quoniam Orientales in Minoribus Ordinibus continentur, & in superioribus vivuntur matrimonio iam contracto.*